

R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv, Praxis Fori Poenitentialis

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623> Mogvntiæ, 1617

Libri XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-78477



PRIMVS.

IVS OPERIS DECIMVS-

° SEXTVS.

RATIONE SPECIALI IVDICANDI DE PECcatis respectu habito in communi ad præcep*a, quorum transgression? peccata ipsa commitsuntur.

PRÆFATIO.



Æ c ratio confistit in notitia tum naturæ præcepti, tum eorum quæ pofsunt contrauenientem præcepto excusare à peccato: tum etiam quorundam decumentorum, quæ considerare oportet iudicando de peccatis: tum demum diuer sitatis præceptorum, quæ omnia sigillatim propriis capitibus tractanda func.

CA-PVT I.

De natura pracepti.

SVMMARIA.

Definitiopracepti.

Non solum bona & mala, sed etiam indisserentes actiones cadunt sub praceptum.

Varius modus virtutis.

Generalem modum supernaturalem virtutis, non cadere sub praceptum quomodo intelligi debeat. Solutio obiectionum, quibus vrgetur, talem modum cadere sub

- Generalis modus naturalis virtutis, partim cadit sub prace-ptum tam diumum, quam humanum; partim sub diuinum tantummodo, partim nec sub diuinumenec sub bu-
- 7 Tres modi, quibus intelligi potest actionem fieri ex electione. Primus, non coacte, qui cadit sub preceptum tam diuinum, quam bu nanum.
- Secundus, fine m.tu. Tertius, alacri voluntate, quorum ille non cadit fub praceptum, & his tantummodo fub diui-

Ratio d scernendiinter praceptum, & confilium.

Quatenus talis discretio ex verbis legu fieri possit.

Quomodo fiat ex materia legis: & quod materiaconfili ne-queat mala esse quodque malam esse, contingat supli-

Nu.I.

D explicationem naturæ præcepti Syluct. in verbo Præceptum initio, definitionem hanc e2D. Thomæ dockrina tradit: quod sit motio Superioris imperatoria ad aliquid agendum vel fugiendum ex necessitate. Illius autem prima parsindicat, quod præceptum in Superiore, fit actus rationis & voluntatis, tendens in subditos per modum imperif. Secunda vero, ostendit præcepti materiam, esse actum virtutis, & actum vitij: quorum ille agendus est, & hic sugiendus. Tertia denique declarat præceptum imponere ne-cessitatem obediendi; itaut peccetur il non siat quod præcipitur: hocque est, quod in car. fin. 14. quæst. 1. dicitur: Quod præcipitur imperatur, & quod imperatur necesse est fieri. Est præterea id in quo præceptum distinguitur à con-filio; iuxta illud quod in codem cap subiungitur. Vbi con-deinde vt ex electione propter sinem: ac-demum vt sirmo

filium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum necessitas est servientis. Vt autem plenius hac intelligantur, tres quæstiones explicandæ funt.

QVÆSTIO I.

An omnes, & sola actiones virtutum & vittorum cadant Sub praceptum.

AD hanc respondetur, nec sola, nec omnes sadere. Nu.2. præceptum patet ex co, quod præcepta ceremonialia cuiufque legis, soleant esse de actionibus externis indisferentibus; quæ ex se nullam sabent caoralem bonitatem vel maiitiam; sed solum ve à religione in Dei cultum assamuntur. Quanquam vt in præcedenti libro 14. numero 2. annotatum est, adio ex se indifferens, hoc ipst quod legitime præcipitur, ponitur in aliquo officio virturis, bonaque moraliter efficitur: & hoc ipso quod legitime prohibetur, fit repugri ns alicui virtuti, ac moraliter mala. Nec item omnes dictas actiones sub præceptum cadere ex eo patet; quod pleræque cadant solum sub consilium: et illæ virtutum actiones qua pertinent ad eximiam perfectionem hominis: cuiusmodi censentur on de quibus dicitur Prouerb.3. De primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus] & cap. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illum, &c.] &c. Corinth. 7 De rirginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do] & aliæ de quibus Dominus apud D. Matth. cap.5.6. & 19.

QVÆSTIÖ II.

An cum actione, modus virtutis cadat sub praceptum.

T ad ranc respondeatur supponendum est, modum Nu.3. virtutis esse duplicem : vnum specialem, seu cuiusque specialis virtutis proprium: qualis est iustitiæ quidem, iuste feu feruato iuris ordine alteri fuum radere: temperantiæ vero, temperatz, seu seruata moderatione in victu & matrimonij vsu, viuere: & sic de aliis. Alterum autem generalem, qui adhuc duplex est: vnus supernaturalis & diuini-tus insusus, qui est charitatis habitus, gratiæ gratum sacientis comes individuus : alter naturalis, & humana indufiria acquisitus, qui est virtutis moralis habitus, quo virtuofe (vt fic dicam) agitur; requirens in virtuoso tres condi-

stabilique animo quarum vna deficiente perit talis modus virtutis. Atque his ita politis; prima propolitio statuitur. Modum proprium cuiusque virtutis cadere sub præceptum tam divinum, quam humanum. Ratio est, quia virtutis actio, de qua datur praceptum, nequit fine tali modo consistere, cum ab eo suam specient, propriamque rationem acciniat.

De generalimodo supernaturali.

S Ecunda propositio statuitur. Generalem modum su-pernaturalem virtutis, non cadere sub praceptum. Ea autem non est ita intelligenda, quasi sensus sit, nullum ha-beri speciale præceptum de actu charitatis. Id snim falsum esse aperre constat : tum ex aliis sacræ Scripturæ iocis is qui-bus amor Dei aut proximi præcipitur: tum præsertim ex cap.22. D.Matth. voi maximum & primum mandatum in lege, Dominus ait effe. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & secundum simile, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed intelligenda est, vt sensus sit; dum actio virtutis pracipitut, non pracipi eo ipso vt ex charitate is fiat. Quod D. Thomas communiter teste Nauarr. Enchirid. cap. 11. numero 13. receptus in ea re, recte probat 1 2 quastion.100 articul.10 quia sequeretur alioqui, vt quicumque extra charitatem facit opus de quo datur praceptum affirmaiuum : aut abstinet ab opere vitij de quo datur præceptum nega iuum : peccet tanquam trahigressor præcepti: cum no habens charitatem non possit operari ex charitate. At id inconveniensest, immo hæreticum ex Concilio Tridentin.sess. 6. can. 7. de iustificatione: vbi anathematizatur tale quid dicens. Et certe si id verum esset, cum nemo sciat an habeat charitatem, quicquid egerimus semper anxij essemus, an quodcumque præceptum impleuerimus. Itaque præcepto Honora patrem tuum, inquit D. Thomas, non includitur, quod pater honoretur ex charitate, sed solum quod honoretur. Quod si casus contigit in quo patet ex charitate honorari debeat: ea obligatio, vt idem D.Thomas addit in solut.2. argumenta, nascitur ex eo, quod in tali casu, speciale præceptum de actu charitatis obliget; non autem ex eo; quod præceptumede honorando patre; eam imponat. Addit ex Maiore Nauarrus in comment. De indusgentiis notab. 32. numero 46. versu 3. per actum etiam mortifere malum (atque adeo repugnantem charitati) posse præceptum impleri: vt Ecclesiasticum de sacro fancta Eucharistia sumenda in Paschate, impletur cam su-mendo tuncindigne quod est quidem peccatum mortide contra præceptum diumum de ea digne sumenda; sed non est contra præceptum Ecclesiasticum:quoniam ipsum ea ratione impletur quoad operis substantiam, cum absolute tur tantum de vsurpa da tunc temporis, ipla Eucharistiæ fumptione.

Si obiicias præcepta dari de mediis consequendæ vitæ æternæ, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, Grua mandata] & per consequens de iis quæ agenda sunt de charitate: cum acta fine charitate nihil profint ad æternam vitam consequendam, vt ex cap. 13. prioris ad Cormell habetur in cap. vltimo de pœnitent, distinct. 3. paterque ex Concilio Tridentin. in cit. fest. cap. 7. sub finem. Respondetur inde propositionem nostram confirmari. Cum enim præcepta dentur de mediisquibus peruenitur ad finem, no ade fine (vt videre est in medicina, in qua non dantur præcepta de sanitate) præcepta data de actionibus virtutum, non debent censeridata de charitate. Vnde sit, vt quoad substantiam operis possint extra charitatem impleri, iuxta supradicta: quamuis fecundum intentionem præcipientis im-plenda effent ex charitate: ad quam ipfa illa ordinauit, fic-ut præcepta fua medicus ordinat ad fanitatem. Itaque ei qui præceptum implet, fed non ex charitate, idem vituenit quod ei qui ex mandato Regis muniuit aliquod calbum, fedaliai praviona adam. sed alia întentione quam Rex haberet mandando: aut ei qui ab iniuria inferenda abstinuit iuxta legem in Republ.latam, sed non ob einsdem Reipubl. pacem, quam intendebat legislator. Nam nec ille mandati Regij; nec iste legis publice transgreffor iudicatur: quia illud quod præceptum erat, impleuit secundum totam substantiam operis. Aduerte ex Soto in lib.2. de iustit. & iure, quast 3. articul. 10. vt

præceptum impleatur quoad Substantiam operis, sufficeres ex parte principij, generalem Dei concursum & ex parte fi-nis; vt opus ipsum seapte natura ad Deum tanquam omnium finem vitimum referatur, prout omne opus de se bohum iefertur, iffi aliqua mala circumstantia deprauetur. Ad quam doctrinam confirmandam induci potest illud D. Pauli ad Rom 2. Gentes qua legem non habent, naturaliter qua legis funt faciunt.

De generali modo naturali

Ertia propolitio statuitur. Generalem virtutis modum nat Gralem & acquisitum, partim cadere sub præceptum tam didinum quam humanum: partim sub didinum tantum, non sub humanum: partim sieque sub didinum, neque sub humanum: Hanc sabet D. Thomas 1. 2. quast. 100. art. 9. Cuius prima pars probatur: quia dictus geest scienter agere, cadit sub virumque præceptum. Nam ad iatisfaciendum præcepto siue diumo siue humano, requiritur vid quod præcept ur scienter agetu: debet enim (non minns quam præcept transgressio) actio esse sibera quæ requirit antegressam scientiam. Vnde si dormiens vel ebrius, vel alia ratione impos mentis, sasrum Misse audiat in die festo, non satisfacit præcepto Ecclesiæ; quia nescit quid faciat: itaut ad se rediens, debe at ad satisfac; ndum, adhuc audire. Non vero ille qui Missan deuote audiuit, sed sine intentione satisfaciendi præcepto: sue quia non aduertit diem esse sessione quia statuit aliam Missam audire. dire. Nam, vt Thomas Sanchez in opere morali argumentatur, lib. 1. Ap. 13. num. 9. legislatores tantum dant præceptum de opere faciendo, non autem de intentione faciendi: quo pertinent dicenda lib. 18. num. 150. & lib. 19.

Tertia pars propositionis ex eo confirmatur, quod idem modus fecundum luam tertiam conditionem, (qua est agere firmo animo,) sub neutrum præceptum cadat: quia firmitas illa includit rationem habitus requirentis longam exercitationem; cum tamen homines statim ac peruenerunt ad vsum rationis obligentur ad præcepta implenda. Itaque si quis deletum hosforem impendat parentibus, quamuis non habeat pietatis habitum, fatisfacit pracepto de honorandis parentibus: taut neque ab homine, neque à Deo puniatur tanquam illius transgressor: vt loco citat, habet

Secunda pars demum, & pariter duæ adhuc aliæ probantur: quia idem generalis modus quoad secundam conditionem . que est fieri ex electione propter finem , partim cadit sub præceptum tam diuinum quam humanum, partim fub neutrum; & partim fub diuinum quidem, non tamen fub humanum.

Quod vt pateat notandum est, eandem secundam con- Nu.7. ditionem duas habere partes: nempe fieri ex electione, & fieri propter finem. Atque priorem tribus modis intelligi: quorum primus est, vt ex electione fieri dicatur, quod sponte fit, & non coacte: quomodo accepta proposita conditio cadit sub omne præceptum tam diuinum quam humanum Per actuen enim coactum non fatisfit præcepto fiue diuino fine humano, cum impletio præcepti non fit nuda passio, sed actio libera: qualis non estea in qua cernitur coactio. Vnde si quis vi tractus ad templum intersit sacro, non satisfacit præcepto de co audiendo: nec item si quis cogatur iciunare, quia ablatus est ab co omnis cibus, satisfacit præce-pto, quo imponitur iciunium, & sic de similibus: non mo-do cum quis ad ca coactus, restiterir cliciendo quantum potest actum contrarium; sed etiam cum manserit indifferens, & ad neutram partem propensus reliquerit se arbitrio cogentis; nihorelistendo vi illatæ. Non vero si primo quidem suerit coactus, sed postea consentiat in opus præcepti: tunc enim cum opus iplum faciat libere, & non ex coactione, sa-tisfacit præcepto.

Aduerte autem ista non procedere, cum ad satisfaciendum præcepto, folummodo requiritur actus exterior: tunc enim quartumcumque opus fiat coacte, satisfactum esse censebitur: vt si creditor vi acciperet à me pecunias sibi debitas, satisfacerem peacepto de restituendo alieno, neque

Valery Pars III. Tom. 2.

deberem denue soluere idem debitum. Verumtamen peccarem, si nollem restitutionem esse sactam.

Secundus modus est, vi id ex electione fieri dicatur, quod fit fine metu. Secundum quem modum supradicta conditio non est in præcepto est argumento est, quod plerumque detur præceptum addita comminatione pænæ, cuius metu inducantur subditi ad ipsum implendum. Qua ratione datum esse constat primum omnium, Genes 2. dicente Deo ad Adam, De ligno scientiz boni & mali ne comedas, in quo umque enim die comederis ex eo, morte morieris. Accedit quod metus non tollat, sicut coastio, liberum, etiamsi illud nonnunquam ita minutat vt à peccato excuset: prout declaratum ess in præcedenti libro 1.

cap. 8.

Tertius modus est, vt ex electione dicatur sieri, quod strepropensa alacrique voluntate: secundum quem modum, in acaditiocadit sub præceptum diuinum, non autem sub humanut. 1. Quia enim homo videt qua parent: Deus autem non intuetur cor, 1.R. eg. 16. is qui cun voluntatis auersione & quadam mol citia praceptum im-plet, vt censetur accidere ei qui non occidit quidem; sed vellet oceidere, non satisfacit Deo prohibenti homicidium, vt patet ex cap 5. D. Matth. versu 22. & 23. sicut satisfaceret homini, qui de interioribus non iudicat. Ex quo codem sundamento colligitur, eandem focundam conditionem ratione sua posterioris partis, qua est sieri propter finem, seu bona in-tentione, cadere sub praceptum diuleum, non autem sub humanum; quandoquidem intencio; est affectus interior latens in animo; de qua proinde homo tanquam de re sibi ignota, vt non iudicat, itanec præcipit, feut facit Deus: cuius oculis omnia sunt nuda & aperta ad Hebr. 4. Itaque si Iudex odio vel alia mala intétione malefactorem morti tradat; aut pecuniam mutuo acceptam ea intentione reddat vt Jetur ad vfuram : vel gladium alterius apud fe depositum ei restituat vt alium occidat; diuinum præceptum vialat, non autem humanum : vnde tanquam præcepti transgreffor punietur à Deo, non item ab homine, ex D. Thom. in cit. art.9. Quanquam negandum non est, Ecclesiam habere potestatem puniendi ea quæ fiunt malo affectu (vt patet ex dictis in pracedenti libro 13. cap.2. sect.2.) Atque per hoc/atis patet 2. pars nostræ tertiæ propositionis: sicut per præcedentia duæ reliquæ.

QVÆSTIO III.

Quanam sit ratio discernendi praceptum à constitio.

Agna est inter præceptum & consilium similitudo, cum vtrumque sit quoddan legis præseriptum, in quo not. acile detegitur diuersitas. Quæ quidem tota ex co prouenit, quemadmodum attigit à Vittoria in relectione de poiestate ciuili, num. 20. quod legislator in suis legibus, non volit semper exigere à suis subditis obedientiam debitam: sed aliquando tantum ordinet simpliciter quid faciendum sit docens & dirigens potius, quàm præcipiens. Quod quando siatuat lex ipsius consultoria tantum, non autem præceptoria iudicanda sit, prude pendet ratio discementi praceptum à consistio, Syluin verbo Præceptum, quæst. 2. & 3. recte explicat, dum ista statuat.

Primum est, An lex consultoria sit vel præceptiua, non posse semper cognosci ex ipsius verbis: quoniam in lege nonnunquam verbum precarium, ver rogo, inuenitur vsurpatum præceptiue, vt. 11. quæst. 3. cap. Rogo: quod glosa ibidem annotat: & nonnunquam verbum præceptiuum, ver mando, vsurpatum precario, vt. in cap. Mandassis, 2. quæst. 4. vbi id

glosa quoque annotat.

Secundum est: nis de legislatoris intentione aliunde constituent, censeri non posse consultoriam tantum este legem eam, quæ datur per verba præceptiua: qualia ex Alphonso à Castro in t. lib.de legepænali, cap 5. documento 4. sunt: præcipio, mando, iubeo, prohibeo, inhibeo, veto, nterdico, & eis æquiualentia: ctiamsi materia legis præceptiua non sit, sed tantum consultiua: nisi quod verbum, debet, etiamsi aquiualeat, in materia consultiua importet, mquit Syluester, solam congruitatem, id est, debitum hone-

statis, & non iustitiæ vel necessitatis. Sie eximquod in cap.

1. De desponsatione impuberum dicitur: quod si pater silium nondum adultum, matrimonio tradiderit, silius ipse postquam peruenerit ad persectam ætatem, debeat siliud imperer glosa sinalis ibidem interpretatur, debere debito honestatis, non autem necessitatis.

Tertium a: cum lex datur per verba imperatiua, non præceptiua: qualia funt, dicant, faciant, legant, taccant, & alia innumer non posse ex corum significandi vi cognosci, an ca sit præceptina, obligetve ad peccatum: quoniam talia verbapossum in propria sua significatione, tam à consulente quam à præcipient ev sur pari. Sic cum dicitur Psalm. 75. Vouete & reddite, &c. illud esse conssisting, & hoc præcepti, ex vi significandi vocum, nullatenus cognosci p, cet. Itaq; inquirendum est 1. de legislatoris voluntate imponendi vel non imponendi obliga ionem.

De qua voluntate si constare non possit, recurrendum est ad materiam : quæ si præceptina sit, lex quoque præceptiua esse indicabitur: quia verba legis debent ad materiam ipfius accommodari argumento citati cap. Rogo, iuncta eiusdem glossa. Censetur vero tunc præceptina legis materia, cum est de necessariis; velad institiam, velad charitarem, velad iiuinam reuerentiam: vt nonfieri clandeftina matrimonia: fratrem corripi: non communicare pleno stomacho, & multaalia, de quibus bene determinari non potest nisi ex communi doctorum sententia. Hæc Sylueiter. Ex cuius doctrina relinquitur; file smateria non fuerit necessaria ad instituam vel chapitatem vel diuinam reuerențiam: neque fuerit, vt i lem que que habit in quast 2. ponderofa, id est, magni momenti ac ponderis, legem esse tantum confultoriamivth inc Si quiste percufferit in dexteram maxillam tuam, prabe illi & alteram, Matth. 5. cum quibufdam aliis, quæ ibidem habentur.

Aduerte autem quia de co quod malum est, consilium dari non potest, sicut nec praceptum: requiri vt consultiua materia sit saltem indisferens, manime vero mala: vt esse potest ex Nauarr. in Enchir. cap. 23. num. 1.ex desecti; vel sinis, vel alicuius debita circumstantia, vel obiecti siue non iustificabilis, id est, calis, quod nulla circumstantia possit bonum fieri, vt mentiri: siue non iustificati, id est, talis quod de se malum sit quidem, sed ita vt possit sieri bonum ex aliqua circumstantia vt occidere hominem, potest ex circumstantia, personarum; & aliis de quibus suo loco in sequenti lib. 21.

CAPVT II.

De iis qua contrauenientem prace to excufare possunt à peccato.

SVMMARIA

- 12 De impoventia excufante à peccato.
- 13 Dono modi, qui bus contingit ignorantia à peccato excufans.
- 14 Quando contingat respectu praceptorum legu natura.
- 15 Quando respectu dinina legis positina.
- 16 Quaeiu/dem legis tradita notitia tollat illius ignorantiam à peccato excufantem : qua itent dubitatio eandem tollat: fi ad verita em intelligendam diligentia non adhibeatur.
- 17 Qua monitio pracedens sufficiat ad constituendam eius generis dubitationem.
- 18 De dispensatione inordine ad pracepta iuris natura, & in qua ex est. illa posit aut non posit cadere.
- ex eis,illa possit aut non possit cadere.

 19 Res potest desinere esse iuris natura, per mutationem ipsius,
 fiue secundum se, siue secundum suam circumstantiam:
 quod exemplu illustratur.
- 20 Quando liceat praceptum de bono prinato, aut de minore bono datum, omittere ob commune, velmaius bonum.

VOLENTI de pescatis ex aliquo præcepto iudicare, videndum est inprimes: An sitaliquid quod com rauenienientem excusetà peccato: vt esse potest, tum metus grauis & cadens in constantem virum: sum impotentia:

*11177

tum gnorantia numc.b lis: tum etiam Superioris dispensario. Atque de metu nihil occurrit addendum ad ea quæ dicta sunt in præcedil bit ap.8.

De impotentia certum est, quod nemo ad impossibile obligetur, etiamsi quis illi causam culpabilem dedets, dummodo de data vere preniteat. Quod addo, quia sibi placensadius in ea, consequenter placeret sibili praccepti tran gressione, quod est inexusabile. Iam quando censenda sit mpotentia ipsa contingere, nequit generali regula determinarii sedid, sicut multa alia in hac de certina, relinquitur prudentis iudicio exinspectione circumssatiarum, precepti, rerum, se personarum:

Quaritur autem, An qui non potest impleze totum illud quod pi cipitur, teneatur implere parteni quam po-test? Respondetur distinctione: vel enim illud quod præ cipitur dividuum est: ita nimirum vt in cius pa te, ratio præcepti saluetur perinde ac in toto: nec vna pars sendeat ab alia: quo modo iciunium totius Quadragelima est diuiduum; quoniam ipsius obligatio est singulorum dierum ex quibus ea constat; sine dependentia vnius ab alio. Vel certe est individuum: ita scilicet vt in cius parte non saluetur ratio præcepti, sicut in toto; vnaque pars pendeatab alia: quo modo aud tio Missa indiuidua est: Responsio igitur ad proposcam quæstionem hæc est. Cum id quod præcipitur desiduum suerit, dubium non esse quin ille qui non potest servare totum, debeat servare quam potest partem, vepote independentem ab aliis. Cum vero fuerit indiuiduum, si maior pars illius seruari possit, eam tan-quam accedentem ad totum, rationemque eius aliquatenus participantem, seruandam esse. Si autem non possiti: nec minorem, etiamsi possibilem, seruandi obligationem esse; quia pars maior trahit ad se minorem. De qua re pluribus Thom. Sanchez in opere morali libr. i: cap. 9.

lam de ignorantia, ad ca quæ dicta funt in 11. lib. cap. 3. addenda estratio iudicandi in particulari, quando ipsa excuset à peccato contrauenientem alicui præcepto. In cuius gratiam meminisse oportet eius quod illic attigimus, ignorantiam quæ contrauenientem præcepto excusat à peccato,

contingere duobus modis. Priorest, cum in eo qui ignorat, nulla omnino pracessit ratio dubitandi, aut notitia qua induceretur ad existi-mandum quidpiam certum, esse peccatum; vt vsuuenit nonnullis implicibus existimantibus pietatem esse agonizantes voluerein lecto. Vt citius moriantur; cum tamen id desent peccatum contra præceptum Non occidens i sed à quo in tali casu illi excusentur per ignorantiam, quam humana industria vincere nequiuerunt : non quidem per inquisitionemintelle dus, deliberationemve quia in homine, qui de re aliqua nunquam dubitauit, nec vllam; ne quidem confusam, cognitionem habuir: nullum omnino inest principium de eadem re deliberandi. Cum enim voluntas non feratur incognitum, ea nunquam applicabit intellechum ad inquirendum deliberandumve de re, que nulla omnino cognitione ei repræsentatur: neque i em per in-terrogationem aliorum à quibus discere posset; aut per eultationem alicuius occupationis impediturze ip um à consequenda cognitione requisita ad talis ignorantiz depulsionem. Quis enin interroget de iis, aut caucat aliquid, causa eorum quæ nullatenus in mentem ei venerunt? Iam dubitatio illa, aut confusa cogitatio quæ deliberationi vel interrogationi dare debet initium, non est libera, sed naturalis; itaut non sit in nostra potestare situm eam habere; sed fortuito nobis contingat, sicut actiones aliz indeli-

Qua doctrina procedit etiam in actuali inconfideratione pracepti, ex qua ci contrauenitur, quantumuis ipfum cognoscatur habitu. Sic estim excusatur a peccato is qui aliquo die non iciunat, propterea quod nullatenus in mentem ipsi venit, sed tunc ad id pracepto obligari, etiamsi habitu talem obligationem probe cognosceret. Id quod plenius explicatum est in praced lib se num ac

Posterior modus est, cum post dubitationem, aut confusam cognitionem facta diligenti examinatione, an aliquid sit vel non sit illicitum, contrariumve alicui pracepto,

probabilibus rationibus apparet licitum elle, nec elli præce profepuginare, licet res aliter se forte habeats; stomodo contingens ignorantia, dicitur probabilis, que a quiparatur in uncibilis quo ad effectum excusandia a pecc ito, quantum cuma, serie sueriem porestate homina illam rincere: quoniam in casu quo e contingiti homo agit ex udicio prudenti sufficientive ad conscientiam prudenter sundandam prepter probabiles rationes; quibus quo ad agenda vel vitanda acquiescere, tribuitur prudentia.

De ignorancia excusante observationes particu-

V T igitur ad rem propositam veniamus cum iuxta triplicem legem in præcedenti libro 13. descriptam, triplicis generis præcepium distinguatur: vnum legis naturæ, alterum legis didinæ positidæ, & 3. legis humanæ: ratio iudicandi in particulari, vtrum talis ignoranatia in aliquo casu contigerit; consistit in his observatio-

Prima est, Praces orum legis naturalis; qualia funt Decalogi, ignorantiam posse contingere dupliciter. Vno modo ob propria peccata, yt in iis qui cum antea aliquam habuerint talium præceptorum potitiam, senserint que remurmirantem conscientiam in corum transgreffione: ex deprauata consuetudirie postca in ipsis adecobscuratur na turale lumen, adeoque opprantur confeientia; vt neque idem quod prius iudicent, neque transgrediendo sentiant conscientia stimulos. Tales sucruntilli de quibus ed Roman. ait Apostolus Cum Deum cognouisent, non sea ut Deum glorisca ierunt aut gratias egerunt, sed jeuanue runt in conservicionibus sucre se se la force de le quantue. runt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, &c.] quo non excusari à peccato per eiusmodi ignorantiam patet; tum ex eodem Apostolo ibidem: tum ex eo; quod non excusabilis sed culpabilis sit eiusmodi ignoramia. Altero modo contingere potest eadem ignorantia; non proprio personæ, sed nationis vitio, & ex maiorum culpa: vt fi communiter existimetur furtum, aut fornicationem, aut viuram, aut aliud eiusmodi licere; tuncque ad iudicandum num ea excuset à peccato, considerare oportet conscientia dictamen. Si quis enim sit adeo rudis, vt tantum ductus authoritate & legibus maiorum suorum, nullam omnino dubitationem habeat, nec conscientiz re-morsum circa talia! ignorantia ipsius censeri potest inculpabilis & excusare à peccato: sed quia vix, rarissimeve reperituraliquis talis, quoad Decalogi præcepta, atque alia quæ adeo cuidentia funt, vt non obstanto quacunque contraria maiorum consuetudine & legibus, malitia transgressionis illorum statim pulset animum, remordente conscientia; vix etiam vnquam ratis ignorantia censeri potest excusarein talibus : nisi forte in fornicatione, vsura, & nonnullis similibus: in quibus cum non appareat iniuria, sed porius aliqua iustiriæ similitudo, interdum conscientia non potest facile esse îllorum iddex verus, deque illorum malitia remordere.

Secunda observatio est. In hoc differentiam esse inter Nu.15 legem naturalem & diuinam politiuam, quod illius promulgatio intus fiat per conscientiam tanquam præconem à natura datum: iuxta illud Apostoload Roman. 2. Ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.] Promulgatio vero huius, fiat per sancti Euangelij prædicatores, iuxta illud ad Roman.10. Quomodo credent ei quem non audierunt: & quomodo audient sine pardicante? Vnde concludit idem Apostolus: Pides ergo est ex auditu.] Quæ conclusio vt valear, dicendum est, modum cognoscendi mysteria & precepta fidei, non esse per internam illustrationem naturalis luminis, sed per internam prædicationem concionatoris. Cufique hocita sit; statui potest si desit prædicatio mysteriorum & præceptorum fidei, ignorantiam eorum esse inuincibilem, atque adeo excusantem à peccato; iuxta illud Domini Joan. 19. Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.] Quem locum enarrans D. Augustinus tractat. 80. tom. o. concedit à peccato infidelitatis excusari eos, quibus Christus non est locutus per se, nec

Valery Tom. 2. Par. 3.

A 3

Der

Nu.13

per Apostolos vel alios de Ectlesia: Et D. Thomas 2.2.q.10. art, lait; talium infidelitatem non esse peccatum, sed poe-nam peccati originalis: neque ob eam sed ob alia peccata ipsosessedamnandos.

Porro non quauis mysteriorum ac praceptorum fidei pradicatio sufficiens est ad impediendam iam dietam excusationem: sed tantum ea quam sufficiens argumentum seu motiuum credendi comitatur : vt cum miraculum editur in confirmationem corum quæ annunciantur: aut cadem probabilibus rationibus credibilia esse ostenduntur: non qu'dem perfunctorie, sed diligentel & cum exemplo vitæ honestæ, atque secundum naturæ legem studiofa; prout habet Franciscus à Victoria in priore rele-Rione de Indis in explicatione 4 tituli, propositione 4. Tungenim per præceptum Domini Marci vltim Euntes in mundum vninersum prædicare Enangelium omni creature. Qui crediderit & baptizares fuerit, faluus erit, &c.] quif. que tenetur prædicationen Euangelijaudire, eique acquie scere. Ad quod præsto est auxilium Dei cooperantis & ser-monem confirmatris: si non sequen ibus signis, ve tempore Apostolorum, saltem interno motu intellectus; ad affensum sufficienti: nisi obstinatio aut alius animi prauus affectus

Quamuis interdum contingat rationum momentis inoer duas opiniones fluctuare: quo casu precibus & lacrymis post dandum est abundanties auxisium diuinum: vt in simili se secisse testatur D. August.in lib. De vtilit.credendi contra Manichæos cap. 8. som. 6?

Quod vero mysteriorum, praceptorumque sidei propositio nuda, ac deltituta argumento ent motiuo ad credendum: non impediat supradictam excusationem, recteà Victoria in praced propositione 2.confirmat ex verbis Domini Matth. 15. Si opera non fecissem in eis quæ nemo aiusfecit, peccatum non haberent.] Quibus aperte fignificat exculandum fuisse à peccato, Iudaorum infidelitarem, si cis suam do arinam proposuisset sine motius sufficienti ad credendum. Adde cum eodem authore; temeritatis imprudentizque esse credere sine argumento; aut motiuo sufficienti: in iis maxime quæ ad salutem animæ pertinent. Vnde dicitur Ecclesiastici 19. Qui credit cito, leuis estcorde.]

Notavero, vt in infidelium, fic in fidelium terris inue" riri adeo rudes, vt tantum ducantur authoritate suorum maiorum in iis quæad salutem animæ pertinent qui si ob parentum ruditatem vel Parochorum negligentiam; nihil de fide audicrunt præterquam quod Christus sir, possunt infidelibus ipsis comparari; quoad cam de qua agimus ignorantiam : cum de illis merito quoque dicatur: Quomodo audient sine prædicante? Et certe in aliquibus loca, in quibus mysteria ac præcepta sidei sucrunt aliquando sufficienter promulgata, tanta secuta est postea obliuio illorum, ve perinde sie ac si nunquam fuissent pro-

Tertia observatio est. Dubitationem ad hoc sufficientem, vt dubitans teneatur veritatem inuestigare, si velit à peccato per ignorantiam excusari: circa præcepta quidem legis naturalis, contingere folo interiori taturali lumine: circa præcepta vero ieris positiui siue diuini siue humani, non contingere absque exteriori monitore. Ratio est, quia obligatio corum quæ iuris funt naturalis, pendet ex interna aliqua ipsorum conditione, quæ naturali lumine nota, promulgatur per conscientiæ remorsum, qui statim occurrit aggredientibus facere aliquid in Contrarium; quique ad hoc sufficit, vt dubitans teneatur in inquirenda tali obligatione, moralem diligentiam adhibere, si velità peccato per ignorantiam excusari, contraueniens de facto, alicui naturali pracepto. Ecrum vero qua iuris funt politiui obligatio pendet ex Superioris præcipientis voluntate; quæ cognosci non potest, nisi exterius notificetur. Proindeque dubitatio circa illa exurgens, non censetur esse rationabilis, & que illis contrauenientem impediat, excufari à peccato per ignorantiam: nisi intercesserit aliqua exterior adhortatio, vel fama non contemnenda; qua quis esse aliqua talia præcepta

Vbi aduerte, quod cum præceptorum politiuorum quæ-

dam sint communia, & quadam particularia alicuius offi-cij: ad dictam rationabilem dubitationem quoad communia, non sufficere vt præcesserit generalis monitio quod dentur eius generis præcepta: alioqui enim quisque dum greditur quamcumque operationem, teneretur inuestigare; an aliquod fit deca datum; quod effet defficultatis & moleftiæ in ferabilis. Quoad particularia eero, sufficere generalem notificationem, quod liominibus talis status & officij, impolita sint particularia præcepta. Nam qui intelligit conditas esse aliquas leges sur officij, & negligit inquil rere quanan cæ fint, ignorantia ipfius eft culpabilis: cum de iis fit quæ tenetur & non curat seire. Diligentia autem in co adhilerida, vt ignorantia censeatur inculpabilis, sufficiens est in imperitis, fi ipsi de legibus sui officij consulant peritum: qualis iudicatur esse ille qui habet cam omn um materiarum moralium noticiam, ex que dubitare; & particulare leges inucltigare possit. Nec enim tenetur euoluisfe figillatim omnes; quod effet impossibile : præfertim cum nouz à Superioribus subinde emanent, vude prouenit vt ctiamfl quis sufficiens sit, dubitationem tamé aliquam semper possit habere, dum consilium dat in re disficili. Quocircatalecontra, post factam in inquirendo diligentiam, da tur contra legem all quam particularem; ad culpam imputalitur tantum ei, qui dederitillud, carens prasidio doctrinæ sufficient is: quemadmodum notatum et sh Adriano in quodlibeto 5 art. 2. principali:

Ded Perfatione excufante, obferhationes alia.

De dispensatione; que est quartum corum, quibus contraueniens precepto excusatur à peccato, nihil ad ea quæ dicta sunt in præced lib. 13. num. 46. & 47 ac num. 190. aliquotque sequent. occurrit atidendum; quoad pracepta iuris politiui fine divini fine humani quoad pracepta vero iuris naturalis sequentes observationes videntur

Prima est, dispensationem proprie dictam, qua aliquis voluntate sui Superioris eximiturab obligatione præcepti retinentis suum robur, non habere locum in præceptis iuris natura: quia hæodantur de iis que bona sunt natura sua; quæque ratio, quamdiu immutata permanent, dictat effe facienda : aut de iis qua mala funt natura sua squæque ratio quamdiu talia massent, nunquam dictauerit esse sacienda. At voluntate Superioris non potest aliquid licere, quamdiu ipfum est contra rationis dictamen : tamdiu enim nelum est & contra legem æternam : cuius promulgatio quædam idipsum dictamen est ex dictis in codem lib.13.initio tractar. secundi. Vt vero quis malum, ac contra legem awrham licite agat, nulla dispensatione fieri potest, cum id contradictionem implicet : commeniterque concedatur illud generalissimum principium, Declina a malo & fac bonum; esse omnino indispensabile. Neque obstat quod dicitur vnumquemque legislatorem posse dispensare in sua lege; quia id verum est tantum, cum res non est mala; nisi quia prohibita.

Second observation est. Eorum de quibus dantur præcepta inris pattiræ, qua dam posse mutationem admittere, per quam definant effe tal siuris, ac dictari à recta ratione: quadam vero non posse, sed omnino immutabilia esse; vt quæ hororem Dei cultumq; continere; aut eidem aduersari ratio di Etat: circa que nulla contingit dispensatio, ne quidem impropria, qua quocumque modo præcepta de illis tradita; relaxentur. Nam cum homo, hoc ipso quod est creatura, honorem cultumque Deo debeat : ficut sihil potest esse per quod in eo ceffet ratio creatura; ita nec per quod, debitum ea præstandi quæ Crestoris honorem cultumque continent definat:

Item sicut in vita ciuili; nusquam id bene fieri potest, quod tollit Reipub. conservationein: einsdem vitæ finem, ad quem consequendum cætera omnia servire debent: sic in vita spiritali, nusquam potestid licite sieri, quod aduerfatur diuino cultui ad quem vt ad vltimum fuum finem; cæterain eadem vita dirigi debent. Itaque nulla vnquam de causa potest quis censeri bene & sine peccato negasse Deoadorationem, autidololatriam commissis, aut in vanum assumpsisse nomen diuinum; & sic de aliis eiusdem

generis. In ea autem, quæ prioris generis sunt dispensatio faltem imperfect a cadere cenfetur, cum illam quam diximus mutationem admifering: quod qua ratione contingat ex fequentibus observationibus intelligitur.

Tertia igitur observatio est. Cum illud quod sub præse. ptum iuris natura cadit, inucnitur repugnare bono com-muni, aut al cribono maiori; tunc ipfum cenare, de iure naturacsic: coquod rectaratio dicter bonum commune pra-ferendum esse privato: & bonum maius mino . & spectans ad falutem animæ, spectanti ad falutem corporist atqueadeo esse modo quodam d spensatum in praccepto illo, sub quod tale quid cadit: ita vr in eiusmodi casu contrauenire ei, non fit peccatum. Sic igitur non obitante quinto percepto De-calogi, indie mus malestos à magistratu sine peccato neca-ri: & in iusto dello cum nocentibus innocettes cis permixtos interfici propter commune pacis bonum. Item in ocentem probatum in iudicio reum mortis, licite condemnaria Iudice, ad vitandum scadalum populi, & perturbationem in Repub etiamfi Iudex ipfe prinata scientia illum innocentem esse sciat. Sicetiam non obstante septimo pracepto, leges humanæ vsucapionis, & præscriptionis, auferunt vero domino quod suum est, propter bonum commune ; ve tande lites interminabiles ac infinitæ dirimantur, paxque publica feruetur. Sicporro iudicamus quando opus fuerit, nos deberecum vita periculo (de qua re in procedenti lib.t. cap. 8. parte posteriore) fidem & Religionem Christianam, Ecclesian; authoritatem tueri, at faluti anima; fine noftra fine aliena, prouiderc. Ita vt adultera peccante, non ex malitia, sed ex infirmitate, si à me admonita emendabitur; etiamsi mortis periculum mihi ab adultero immineat, debeam illam monere. Similiter populum quem hareticus feducit, si à memonitus emendabitur, teneor monere; quantumcunq; inde incurram eminens vitæ periculum : & sic de huiusmodi alijs.

Quarta observatio est. Mutationem rel secundum se, aut secundum suam circunstantiam, sæpe sacere vt ipsa desinat effeiuris natura; ac eius contrarium dictetur à recta ratione, sicut vsurpatio rei alienz inuita domino, dictatur in co qui premitur extrema necessitate; in qua res ex aliena, sit illi cum domino communis. Dictatue quoque non effe reddendum depositum domino surioso, vel hosti Reipub. qui bus restitutum; perniciosum esset. Vnde oritur etiam modus quidam d'spensationis sussicions ad excusandum à percato transgressionis pracepti, sub quod talis res cadit. Sic enim in duobus casibus proxime positis, non peccatur contra praceptum Non furtum sacies. Nec item peccarint contra præceptum Non occides : tum Abraham cum voluit filium occidere) cui est ea de causa promisso amplissima facta à Deo (tium Sampson cum interfecit scipsum : quem D. Paulus ad Hebr. i mumerat inter eos qui adepti funt re-

Cur autem non peccarint, ratio est: quod in illis casibus conditio occisionis prohibita quinto precepto, mutato fue-ritauthoritate Dei habentis in omnes homines potestatem vitæ & necis: ita vt illos tum ipse per seaut per causas naturales, vel alios homines : tum ctiam per hiplos inculpate occidere possit; tam vtabsolutus Dominus; quam vt Fidex puniens in nobis peccatum originale, per quod omnes mortem

Similiter iudicantur Hebrai non peccasse contra proceprum Non furaberis, quado Exod. 11. mutuo petita ab Agyprijs vasa retinucrunt : quia Deus transfulit in eos dominium talium rerum acceptarum; fic vt ca definerent effe aliena. Quo etiam referri potest Osea excusatio à peccato contra præceptum Nonfornicaberis: cum Dei iusiu sumpsit sibi vxorem ex qua faceret sibi silios fornicationum; nempe quod Deus fuauiter effecerit, vt Propheta & forni-caria confentirent in matrimonium. Quod vero Propheta iubetur facere filios fornicationum, accipiendum eft o fensin, vi inbeatur sacere filios illius, quæ erat fornicaria. Vide Sotum in lib. 2. De inft. & iure quæst. 3. art. 8. in solutione 3.

Quinta observatio est. Vt sine peccato bonum privatum so commune, vel minus bonum ob maius deseratur (fi quidem idipfum fide commane, fine mains bonum obligatoriem effe,

dictetrectaratio) sufficere declarationem, per quam constet

de tali obligatione ; consequenter enim constabit bonus priuată vel minus bonum quad ci repugnat, definere de iu-re natura esse, dictarive à recta ratione. Sin autem ipsum comune, vel maius bonum fuerit tantum in confilio: feu quod recta ratio dictet quidem, non tamen ve obligatorium; requiri dispensationem Superioris i quia bonum prinatum vel minusbonum ex eo quod illi repugner, non de finit essenatura iure pracipiente: quod praponderat iuri consulenti. Quanquain si dispensatio interueniat postponi potest, quia rectaratio consulenti aliquod commune vel maius bonum, distat quod nossi hotto priporti illa liberati. dictat quod possichomo propter illud, liberari ab obligatio-ne intris natura eidem bono repugnantis, prosecutionemo; illius impedientis Sic ergo Papa in voto & in iuramento, ad quorum observationem secundum Decalogi praceptum obligat, dispensat propter commune out mails bonum: ite nq; ad vitanda maiora & frequentia peccara: vt in co voto quod per humanam fragilitatem facile frangerettir. Ac etiam ad tollendam improbis libertatem vexandi bonos & innocentes: vt in iuramento per metuun facto latroni, aut tyranno. Ratio enim naturalis dictat, tani grato che Deo cui illa fiunt, ve ipsa relaxentur ad remouendas peccatorum occasiones; quam vt obligatio ipforti cum salibus occasionibus maneat. Id quod locum habet etiant fi qu's juraffet fe non periturum dispensationem : quia tale iuramentum perinde est dispensabile, nec magis obligatorium, quam cætera : cum puibus omnino, in ratione in amend convenit.

CAP. III.

De document notandis cum expraceptis indicium aliquod speciale fertur de peccatis. SVMMARIVM.

21 Praceptum non implet qui illud omnino ignoratzetiamsi facian

3d quod per ipsum præcipitur.

22 Contra praceptum lego peccat, non modo qui illud transgredictur; sed etiam qui habet propositum transgrediendi, aut de illius transgressione delectatur.

23 Quis dicatur voluntaris affectus efficax.

24 Illius differentia ab affectu simplicis complacentia, in ordine ad tudicium de viriu q malitia.

25 Affectus efficar quando induar naturam simplicis complacen-

2.6 Ratio iudicandi de affectu simplicis complacentia, an sit peccaium mortale, necne.

Complacentia de peccato prout infum est contra proximum, quand fi mortalis.

28 Quando tem, cum'est de re prohibita, quiamala ve de actn im-Pudico.

29 Et quando de remala, quia prohibita : ve dee su carnium in die ieiuny.

30 Ratio indicandi de affectu simplicis displicentie; num sit peccatum mortale.

31 Modi peccandi consenticado alteri peccanti, as primo relati in gloffa ad cap.1.) cofficio delegaria

32 Relati à D. Thom. cum eorum explicatione.

33 Pracepto amrali, dininum pi sitiuum cedit; & huic, praceptum humanum.

34 Hocprocedere, cum inspositiuum à naturali, aut humanum à dittino remouet conditionem necessariam ad obligationem, exemplis declaratur.

PRIMVM EST. Vt quis censeatur præceptum aliquod impleuiste, requiri vt id quod præcipitur egerit, non modo ex scientia de qua el babira mentio in capit, i quæst. 2. propos tertia fed etiam ex scientia legis : hoc est, actu, aut saltem virtute sciendo se agere secundum legem sibi præferiptam. Ratio est, quia ad seruandam legem præseripram, requiritur vi quis ei consentiat, velitve id facere quod per eam i betur. At hoc non potest ille qui nullo modo le-gis scientiam habet: quia consensus non est sine scientia, per tradita in praced. lib. 1.6.4. Sic igitur ille qui scit esse praceprum à se observandum de audiendo sacro Missa in die seito, auditellud cum debita deuotione nesciens tamen diem eum esse festum, implet idipsium præceptum, quia operatur cum cognitione eius saltem virtuali : seu quæ cum

Nu.19.

Nu.zo

ræcesserit actu, perseuerat habitu, etiamsi ipse tune non recordeturactu. Sed si præciperetur vt omnes ieiunent semel in mense, & aliquis nihil vnquam de tali præcepto cognouisset, etiamsi semel iam ieiunasset, tamen certior postea effectus de tali præcepto, teneretur iterum eddem mense semel iciunare: quoniam antea non egit ex lege quam omnino ignorauit.

> Varij modi qutbus conting t transgredi vnum, & a idem praceptum.

SECTIO I. S Ecundum est. Non solum præcepti transgressionem es-se peccatum, sed etiam præcepti transgressiendi proposi-

tum, quod affectius efficax dicitur, imo & deliberatam voluntatem electrandi se in pracepti transgressione : etiamsi ea nullatenus sit exequendi illud in quo transgressio ipsa consistit: vt quando quis delectatur de alieno opere malo, vel de proprio praterito vel de peccato absolute, absque ordine ad executionem: qua quidem voluntas dicturasticus simplicis complacentes. Critici decument instituta de constante de la constan plicis complacentia. Cuius document fratio est, quod vt lin transgressione voluntaria præcepti, sic & in illius proposito acin implici complacentia voluntaria, infit deliberatus in malum consensus, qui constituit peccatum per tradita in

præcedenti lib.I.cap.4.8c 5.

Pro illius augm plena Intelligentia notandam est primo, affectum esticacem non tantum estecum quem sequitur esfectus, transgressio inquam, vel qui estectu frustraturo b impedimentum solummodo externum; sed etim etiam qui przuia deliberationis, iudiciive intellectus refolutione, ver-fatur ca ratione circa pracepti transgressionem, vt ad executionem illiustendat voluntatis affectu : à qua tamen retrahatur timore interno alicuius periculi, quod si non adesset, exequerefuridipsum quod habet in animo. Exemplum est: cum pecuniz cupidus, ducitur affectu, quo plane vellet eam furari; led non furatur, propterea quod metuit suspendiem,

velaliud periculum.

Nu.24

Notandum est secundo, differentiam esse inter affectum efficacem & affectum simplicis complacentia: quod malitia transgressionis præcepti, derluctur in illum; non autem in hunc. Ratio est, quoniam affectus esse est es se causa transgressionis præcepti: vnde licet tempore eam præcedat, neque cam ex illa fequi postea contingat; merito censetur perinde malus ac transgressio ipsa, cuius ex se causa est. Nam & ea ratione medicina ex sanitate, cuius ex se causa est dicitur sana. Affectus vero simplicis complacentiae non est ex se causa transgréssionis præcepti; quia non prouenit, sient affectus efficax, ex consultatione procedenci ad opus; sed ex absoluta ipsius operis propositione sacta voluntati ab intellectu. Quo sit vt ad iudicandum de malitia affectus efficacis, sitne mortalis an venialis, & quam peccati speciem constituat; attendendum sit ad opus: cum ille semperrepugnet eidem virtuti, cui idipsum opus : iuxta illud Osea nono : Facti suntabominabiles sicutea qua dilexerunt :] non autem ad iudicandum de malitia affectus simplicis complacentiæ, cum in eum illa non deriuetur ex opere malo, de quo complacere contingit: vt argumento est, quod interdum possit esse absque vlla operis malitia, prout patet ex peccato inanis gloria, quod confiltit in complacentia de bono-opere. Sed quæres si hocita sit; nec talis malitia iudicari debeat ex malitia operis ficut præcedens : vnde ergo iudicabitur? Respondeo iudicari ex regulis virtutis, videndo vtrum talis affectus fecundum fealicui virturi, vi manis g'oria humalitati, opponatur. Nam ex ea oppositione speciali, intelligitur malitiæ species; atque ex illius quaptitate notabili, aut non notabili, cognoscetur an sit malitia mortalis, an tantum venialis.

Notandum est tertio, affectum efficacem ineuere naturam affectus simplicis complacentia; si is qui affecta; boperisaffectatiexecutione ex hec retrahatur, quod aduertat illud effe peccatum. Nam is qui opposita honestato permotusabstinet à peccati perpetratione, excludità se peccandi propositum. Idem etiam videtur dicendum, si quis ita retrahatur timore pœnæ, vtalia quoq; ex parte, executio ipla minime illi placeat, Nam percuifus tali timore (qui de se bonus est ve patet ex Concil. Triden, sess. 14. cep. 4.) censeri potest

propolitum peccati exterioris à se excludere. Affectus igitur tune proprie efficax effe cenfebitur, cum operis executio, non obstante quod sir peccarii, sic alicui placet ex omni alia parte, quod omnino incumberet ei, nisi metu poena aut alterius policuli retraheretur.

Notandum est quarto, quando in affectu simplicis com- Na.26. placentia confingat notabilis oppositio, puguantiave cum virtutejez qua iudicandus sit peccatum essemortale; doceri in particular propositis aliquos exemplis ex quibus simili-ter de cateris iudicari possir. Primum est superbià qua quis in propria excellentia, contra virtutem humilitatis notabiliter fibi complacet : vt Angelis primo peccantibus contigit. Vbi aduerte quod ficut complacentia ex eo de le mala est, quod directe opponatur virtuti: ita etiam mor aliter aut venialiter aut malam ex co esse, quod talis oppositio fuerit vel non fueri notabilis. Id autem prudent relinquitur deter-

minandum ex regulis în præced lib.15.cap.5. propolitis.

Secundum exemplum est coplacentiæ, quæ de quocunq; peccato habetur, quatenus ipfum est contra Deum. Ea enim ex ordine ad Deum est notabilis contra charitatem, cui pracipue conuenit rectum facere voluntatis affectum erga

Deum.

Fertium est complacentia de peccato, quatenus est contra legem vel mandatum Superioris: ea enimest notabiliter contra virtutem obedientia; quandoquidem nec primarie versatur in recta moderatione affectus interioris erga Superiorislegem, mandatumve: ne scilicet gatur ex eius con-

temptu.

Quartum est, complacentia de peccato, quatenus est cotra proximum: ita nimiru, vt ipfum ideo placeat, quod proximi persona displiceat. Talis enim complacentia rationem habet odij, charitati directe repugnātis. Sic delectari de homicidio earatione qua malum est proximi, propterea quod persona ipsius displiceat, constitui mortalem complacentiam: non autem delectari de eodem, ratione tantum alicuius vtilitatis vel commodi inde sequentis: viide cum minime displiceat persona, fix ve talis complacentia non habeat rationem odij directe repugnantis charitati: sicut necamor proximi, rationem habet actus charitatis, finon fit ex complacentia personæ; sed ex vtilitate & commodo quod ea adfert. Exemplum ponit Caier.ifi 1.2. quæst.29. art.i. de matre cui placet mors filie, eo quod ipsam nuptui tradere nequeat. Nam complacentia ca non habet rationem odij inimicitiz, cum non displiceat persona: sed odij, vt idem vocat, abominationis; quo cum placeat persona, displicet res eam attingens: vnde opponitur amori cocupilcentia, quo res placet: ficut odium mimicitiæ opponitur amori amicitiæ, quo plaepersona: vt idem author ibidem recte explicat.

Pari modo delectari de furto facto fe velabalio, quatenus est notabile damnum proximi, cum rationim habeat odij inimicit aex displicentia persone, censendum est peccatumortale non autem dele cari de furto propter vtilitatem inde fecutam furi: aut propter subtilitatem & nouitatem modi, quo perpetratum est: quia id non est directe contra charitatem, cum sallam rationem includat odij inimicitiæ; nec etiam directe opponatur virtuti iustitiz: cum sic delectari non fit facere, aut velle facere alteri iniuriam, ad quod impediendu, & fuum cuig, reddendum constituitur virtus ipfa iustitia; sed est haltere simplicem affectum, excludentem operis executionem, per quam iniuria infertur alteri. Verumtamen quia facile est extali affe du prouenire odium person 2 (quo saltem pluris fiat oblectatio propria aut furis vtilitas, quam proximi indemnitas) is merito ve periculofus debet vitari : debent consequenter & narrationes in colloquiis, ac lectiones in libris, & in theatris reprasentationes ex quibus idem excita-

turac fouetur.

Quintum exemplum, est complacentia interioris de fornicatenne aut ofculis, vel tactibus impudicis apprehenfis fub ea ratione qua expleno consensu delectationem carnale afferunt. Que complacentia peccatum est mortale: vtpote libidin fa & venerea, directe opposita virtuti castitatis: que moderatur non tantum exterioribus voluptatibus tactus, led etiam, ac multo magis (pro conditione scilicet virtutem moralium-qua affectuum moderatrices sunt) interioribus voluntatis affectibus. Ex qua oppositione sicut habet, vt secundum

te mala fit: ita expo, quod notabilis fit (prout cenfetur habita de fornicatione & tastibus impudicis secundum se cogitatis) habet vi iudicetur mortaliter mala. Qua de re dicetur ex instituto in sequenti sib. 24. in quo tradenda sunt spectantia ad specialem rationem iudicandi de peccatis, habito respectu ad octanum præceptum Decalogi.

Sextum exemplum, elt simplicis coplacemente de esu carnium in die prohibito: que no est de se mortali, etiamsi prohibito eius modi tanqua fact, notabili de causa obliget sub mortali. Namq; præceptum humanu, euius generis est illud quo sit eadem prohibito, tantu datur de actu externo; non autem de interno; nisi in ordine ad actum ipsum externum; prout in præcedenti lib.13.num.23.expositum est: qua ordo cum nullus sitin actus simplicis complacentiæ: sane complacetia propositaria n est mala ex malitia esus carnium, quem habet quidem pro objectes non tamen vt cadentem sub prædicta prohibitionem: quam simplex ipsa coplacentia excludit: cum non sit affectus edendi carnes; sed tantum objectatio accepta ex consideratione esus carnium e qualis este aspicientis potantes in taberna, qui bibere non cuperet: Atq; ita sit: vt simplex complacentia de esu carnium prohibito, non sit de se maioris malitiæ, quam similis, de esu carniu non prohibito: vnde si hæe non est censenda malitia notabilis nec illa censeri debabit, & per consequens venialem solum esse.

Eadem et em ratione complacentia de ludo sub mortali prohibito, censeri potest solum venialiter mala: quia talis prohibitio ad cam non extenditur. Vndeca non ett peccatum, tanquam repugnans præcepto de non ludendo tali ludo; sed tanquam contra la naturali præcepto eutrapeliæ. Cui immoderatæ complacentiæ in ludo, perinde repugnat cum ludus non est, ac cum est prohibitus. In quibus samen & aliis si milibus, si mortium complacendi sit mortale, erit & complacentia mortalis: itemque si ca vestiatur aliqua alia mortalicir cunstantia.

Cæterum de affectu simplicis displicentiæ, num sit malus mortaliter, an solum veni diter, eodem modo iudicatur quo de affectu simplicis complacentiæ: nempe videndo an directe repugnet charitati, aut notabiliter alicui virtuti quæ se cundum se moderatur ipsi quoque inseriori affectu sisplicentiæ seu tristitiæ. Sic enim odium, acedia, inuidia, quia sunt displicentiæ repugnantes charitati, peccato suo genere mortalia iudicantur esse (de quib es suo loco postea) & displicentia obedietadi Superiori quatenus Superior est, mortalis censcur, quatenus notabiliter opponitur obedietiæ, quæ moderatur interno affectui Inferioris erga Superiorem i &

Aduerte autem displicentiam non esse statim iudicanda mortalem, ex eo, quod sit de actuvirtutis qui pracipitur sib peccato mortali: sed attendendu esse ex quo motiuo ea prouenia: si enim aliquis de sieemosyna quam sub mortali facere tenetur, tristetur eo quod cuperet ex tali pecunia rem aliquam vtilem emere, non peccat mortaliter; sicut nec qui deieiunio Quadragesimali tristatur tantu ob molessiam corporalem quam adsert. Ad quod consirmandum induci potest quod non suerit peccatum in Christo tristari de norte, quam sub pracepto subire tenebatur: quia de ea solum tristabatur, qua ratione erat natura contraria.

Modi precandi consentiendo alteri peccanti.

T Ertium documentum est: no cum solum peccare mortaliter, qui peccatum aliquod mortale comittit; in eoq; perpetrando est pracipuus executor: sed etiam omnesalios (etiamsinon sint similiter obnoxis censiris, irregularitati, & restruiniv si suis exponetur) qui cislem culpæ consentiunt, iuxta illud Apost. in side 1. cap. epistad Roman. Digni sunt morte, non solum qui ea faciunt. sed etiam qui consentiunt facientibus. 3% tritum sxioma vsurpatum in sine cap. Notū, 2. quast. 1. Facientem & consentientem par pœna constringit: quod ex citat. loco D. Pauli desumplum esse indicant verba illa cap. 1. De officio delegati. Agentes & consentientes pari pæna, scripturæ testimonio puniuntur: vbi glossa in verbo pari pæna, distinguit quadruplicem consensum: vnú negligetiæ, alterum consilis, tertium cooperationis, & quartum authoritatis seu desensionis.

Communiter vero nouem diffinguintur modi confentiendi peccato, quos indicant duo fenari) relati à D. Thoma 2,2,quæft.62,art.7.

lußio,confilium, confensus,palpo,recursus. Participans musus,non obstans non manifestans,

Quibus, interevete Navarran Enchre cap. 11. num. 13. fignifica tur eum confentire peccato, atquadeo illius reum constitui, qui etsi non site ciusdem author pracipuus executorve; illud tamen veliubet, vel consulit, vel ei consentit vel laudat, aut receptat principalem influs authorem, ved eidem participat intali peccato, vel cum eneatur es posit; ipsum sine verbo sine opere, non impedit peccare.

Porro ex eodem authore in cap. 17. num. 131. & aliquot fequentib. nomine inbentis præter eum cuius imperio exprefo vel tacito peccatum man datur executioni, intelligitur etiam is qui procurat talem executionem: veli quis procuret graue aliquod damnum à potent jore inferri alicui: quod interdú vínuenit familiaribus Regam & aliorum magnatum qui his aperium & proponút modos & vias vexandi aliquos: itemq; Aduocatis veli Procuratoribus, quorum artibus aliquicaufa cadunt cum habeant infiam. Obiter aduerte, expressim imperium esse: fi quis expresse alteri precipiat rapere, velinterficere, vel aliud in genus facere: tacitum vero ssi quis alicei, qui ad ipsius imperium mouetur, dicat aliquid, vnde possiconjeere praceptum perpetran in facinoris, vo. Opto vindictam sum de talis vel ei tale damnum inferri. Non mibi placebis, ni schodie aliquid noui feceris, vel aliud simile, vnde alter me ve in invertante suntelligat.

fimile, vnde alter meetem impetrants intelligat.

Nomine autem confulent sintelligieur non modo is qui confulit scienter & dolose: sed etiam is qui bona side quidem, sed non adhibitis studio & diligentia debitis ad veritatem assequendam. Vita meri, o monet Nauar, non essentium sua scientia & prudentia in consulendo sedendum. Adde intelligi non modo eum, qui consilium dat: sed eura etiam qui adhortatur, togat, instruit, vtilitatem que criminis ob oculos ponie: vel aliud simile facit, vnde alter moueatur ad illud perpetrandum.

Nomine vero consentientis intelligitur, non modo is qui consentit aliquid mortaliter malum perpetrati suo nomine, sedetiam is qui suo nomine perpetratum, gratum, ratumque habet i quo modo Princeps mortaliter peccat, non tantum consentiendo veà suis bellum iniustum geratur; sed etiam gratum, ratumq; habendo gestum.

Nomine porro laudantis intelligitur, non tantum is, qui

Nomine porro laudantis intelligitur, non tantum is, qui industriam, fortitudinem & huiusimodi alia in peccante comendat: sed is etiam qui ignauiam, animum abiectum, & similia in contuperat, exprobrat, itridet, vt moueatur ad perpetrationem peccati.

Nomine prætere a receptantis intelligitur non tantum is, qui frequenter, sed etiam is qui semel recipit peccante in aut alio modo securitatem illi præbet in sauorem sui peccati. Nam quamuis verbum receptandi grammaticis sit frequentatium; in hactamen doctrina vius obtinuit, vein significatione sui primitiui hoc est, verbi recipiendi, vsurpetur, quéadmodum notant Angelus in verbo Hæreticus num. 23. & Sulu, in verbo Hæretis e num. 23. &

Syluin verbo Hæresis i num 10.

Nomine den 19, participantis, intelligitur is qui peccanti pratut auxilium in peccando i ve qui vi cooperatur siue ministrando instrumenta, quibus exequatur seelus; siue se socium ei adiungendo in excutione; siue cum comitando, quo tutuis aut commodius exequatur. Cærerum tria reliqua nomina mutus, non obstans, non manifestans, accipienda sunt prout sonant: & est addenda eis particula, sum teneatur espositi: quia ve alicui peccatum ideo imputetur, quod omiserti illud impedire, non est satis quod impedire potuerit, nista adid etiam teneretur; hoc est, non sufficie potestas sine obligatione, y ex D. Thoma & Caiet, habet in cit, cap.t.t. num 13, Nauart, & patet per dostrinam de peccato omissionis traditam in præced, lib. 13, cap, 2. Ea autem obligatio este potest vel ex lege charitæis, qua omnes interuenientibus quibus dam circunstantiis, tenentur obuiare peccato committen

do à proximo evel ex lege iuflitiz, ex qua multi fimiliter tenentur obuiare ratione offici) quod gerunt, vel ftipendij quod acci-

piunt.

Prace-

Nu.30.

Nu. 31.

Nu. 33.

Nu.34.

Praceptum diuersi generis comparatio inmer se.

SECTIO III.

Vartum documentum est: praccepto naturali positi-uum, & huic, humanum cedere. Cuius ratio redditur, quod Christus sua lege noluerit quidquam de iure naturæ mutare; nec homo quidquam contra ius naturæ Deique voluntatem possititem mutare.Id quod intelligi debet procedere, quando adorum præceptorum materiæ concurrunt cum omnibus circunstantijs requiseis ad ipsorum obligationem; ita nimirum vt ius positiuum nihiloperetur aliud circa materiam iuris natura, quam quod habeat fuam, cum illa concurrentem: vt accidit cum ad fuccurrendum extremelaboranti, quod est iuris naura, omittitur Missa auditio in die festo, qua iuris est positiui. Ratio vero cur debeat sic intelligi, est: quod si pracoptum possitium, circa naturale; aut humanum, circa diusium ita operetur, vt aliquam circunstantiam tollat in ipsius materia, necessariam ad obligationem, tunc non cedat sed vincat: sin tanquam fortius se habens maiorem obligandi vim; sed tanquam remouens aliquid cuod recessariam in sed est indusendam obligation. aliquid quod necessarium ei est ad inducendam obligatio-

Sie præceptum est naturale, rationisve naturales obligaio, vitandilea dalum; fed interueniente duplicicircunstan-tia, pout patet ex iis qua dio a sunt in praced. lib. 14 in priore parte quarti capitis. Altera est, ve operatio illa, ex qua su-mituro ccasso peccandi, sit ofining voluntaria & libera, id est fiat tantum vt operans obsequatur animo suo: altera vero vt occasio peccandi sumatur ex ignomntia, aut ex infirmitate,non ex malitia. Iam vero præceptum positiuum aliquid præcipiens, facit vt operetur quis non vt obsequatur animo suo, sed vt alicui necessitati seruiat. Vnde concurrers cum antedicto præcepto de vitando scadalo tollit priorem circunstantiam ipsius: sit que sit ve non cedat eiden, Et ita prout loco cit. annotauimus, puella ex cuius aspectu aliquis exardescit, non tenetur vitare tale scandalum, si ex præcepto Ecclesiæ ei adeundum sit templum ; ad Missam audiendam velstille tali turpitudini ex malitia sit obnoxius. Similiter ius naturale, rectave ratio præcipit studendum esse omni ope conservationi Reip: sed cum hac circunstantia; dummodo aliud maius bonum non obster : quam circun-Mantiam cum contingat tolli per præceptum diuinum pofitiuum de servando secreto in foro ponitentiali (quandoquidem bonum maximum omnium est : confessionem haberi in pretio, & malem maximum omnium ab illa homines alienos esse) sit ve ne quidem pro seruanda repub: violandu sit tale secretum. De qua re dictum est ex instituto in præcedenti lib.3.cap.2. Eadem etiam næuralis ratio præciphe studer dum esse conservationi vitæ propriæ: sed cum hac circunstantia: dummodo maius bonum non obstet. Vnde Carthusianorum abstinentia à carnibus, etiam in periculo mortis, optime defendi potest: quia maius bonum est observare rigidam regulam in tota religione, quam damnum vita adferri vni ægroto.

CAP. IV. De dinersitate praceptorum. SVMMARIVM.

- 35 Diuisiones pracepti exmateria, & ex forma. 36 Diuisiones ex sina, & ex espicientes

- 37 Peccata qua nulli speciali virtuti repugnant. 38 Quando diuersorum praceptorum transgressione tantum committatur vnum peccatum, & quando plura.
- 39 Praceptum affirmatiuum semper includit negatiuum : hoc vero illud plerum g, quidem, sed non semper.
- 40 Vnde dictus Decalogue , ipiumg, effe compendium corum omnium que agenda funt item ganime que f feculum.
- In facris literis commendatur Decalogi non modo cognitio, fed etiam observatio
- 42 Requisitavt talis observatio sit fructuosa.
- 43 De quibus data sint pracepta Decalogi, & quam sit necessaria illorum cognitio.

44 Ratio denarij numeri praceptorum Decalogi.

45 Triplex discrimen in modo, quo eadem pracepta habentur tra-ditain Decalogo.

46 Triplex ordo inter praepta Decalogi.

Hac diuersitas innotescit ex variis modis quibus diui-diturp acceptum: pracipuos attigisse sufficiet sumptos ex ipfius caulis. Primo igitur ex materia, præceptum diuidi-tur in generale & speciale: quorum illud iubet bonum, & vetat malum in genere: vt datum in Pfal.23. Diuerte à malo & fac bonum : velin genere præcipit observationem mandatorum: vt datum Matth.19. Si visad vitam ingredi, ferua mandata: doc vero vel certa acque specialis virtutis actum pracipit, vel specialis viti actum prohibet. Quod rursus distinguitur in illud quod est de pertinentib ad charitatem; & in illud quod de pertinentibus ad instituam: & in illud

quod de pertinentibus ad cæteras virtutes. Secundo, ex forma dividitur præceptum: primo quide, in affirmatiuum & negatiuum quoru illud imponitur iubendo, & hoc inhibendo: feruandumq; est omni tempore, nonitemillud: sed iis tantum temporibus, quæ vel rectaratio exinspectione circunstantiarum, vel Superioris decretum præseripserit: quod si difficultatis aliquid aliquando habeat, id declaratur cum de vnoquoq; tali præcepto in par-ticulari agitur. Secundo vero ex forma, præceptum diuiditur in commune & in privatum : quorum illud est, quod obligat totam communicatem, non fingulos feorfum : vt præceptum matrimonij Gen. 2. Crescite & multiplicamini: & præceptum facri ordinis Luc.22. Hoc facite in meam commemorationem. Istud vero, prina um inquam, est, quod omnes & fingtilos obligat : vt præceptum de diligendo Deo

& proximo, & alia pene innumera. Tertio, ex fine præceptum diuiditur in morale, quod ad rectam morum institutionem: cæremoniale, quod ad Dei cultum: & iudiciale, quodad iudicium inter homines pertinet. Qua tria genera in omni fege fuerunt tam naturali, quam Mosaica & Euangelica : sed ita vt duo posteriora diuersa essent in diuersis legibus, & primum idem esset in om-

Quarto, exefficiente ad diuisionem legis diuiditur præceptum in naturale, supernaturale, humanum, & mixtum: quorum naturale compléditur omnia moralia, data de iis quæ secundum se bona sont, aut mala. Supernaturale vero inlege Euagelica, in qua sola nun: locum habet, continet qua desa funt à Christo de Sacramentis. Humanum porro complectitur quodeung; sine Ecclesiassicum sine civile: & est aut commune, quod pertinet ad omnes cuiuscunq; status; ausparticulare, qued spectat ad certum hominum statum. Mixtum denique censeri potest continere tunpomnia quæ funtiuris gentium, tanqua partim naturalia, partim humana: co modo quo expe fitum est in præced. libr.13. num.40. tum eriam tria prima Decalogi præcepta, partim naturalia, partim supernaturalia: hoc nomine, quod ipsa sint quidem maxime confentanea rationi naturali : ad ea tamen ratio ipfa atting en no possit, nisi lumine supernaturali (vt habet Sotus in 2. deiust. & iure, quæst. 3. art. 1) sit illustrata, ob rei scilicet de qua dantur cellitudinem : quæ est summi veriq; Dei cultus; radio magisterioq; supernaturali indigent, vt omnibus mortalibus, prout oportet, clare icat: quemadmodum ibidem So us loqu tur : perinde ac fecundæ tabulæ præcepta, respecturudiorum indigent magisterio humano.

Circa primam divilionem pro praxi in iudicio de peccatis: notandum est r.multa esse peccata, quæ (cum non fint contra specialem vi-tutem, sed generaliter contra synderesim, rectamve rationem) generali tantum præcepto non alicui speciali, repugnare censentur! vt peccandi intentio in communi, est contra synderesim, quæ in genere dictat malum esse fugiendum & seipsum interficeresest contra rectam ratione, qua id vetat; quantumcung; fiat fine alterius iniuria, fiue priuata, siue etiam communi Reipub.vt si quis esset Reipub.omnino inutilis, vel etiam perniciosus.

Notandum est secundo, peccatum quod cómittitur contra speciale præceptum contentum in generali, non ni ? vnű esse, commissum vero contra plura specialia præcepta, esse plura peccata; iuxta Nauar.in Enchir. cap. 11, num. 4. Cuius

notabilis prior pars confirmatur ex eo, quod alioqui peccatum contra quodlil et praceptum, duplex effet; cum omne
praceptum speciale contrieatur sub generali. Posterior vero
ex eo, quod pracepta distincta, quorum vnum non includitur in altero, cum distinctas imponant obligationes, transgressorem constituant distinctarum culparum reum.

Circa secundam diuisionem, notandu est : pi eceptum af-

Nu.39

Circa fecus dam diuisionem, notandu est: pi geeptum affirmatiuum semper complecti in secontrarium negatiuum; vt præceptum de honorandis parentibus; præceptum de honorandis parentibus; præceptum de honorandis parentibus; præceptum de no afficiendis illis iniuria. Ratio est: quia exastirmatione alicuius; recte infertur negatio contrarii illius; vt Iucundum est. Ergo non est molestum. Præceptum vero negatiuum complecti quideen plerumq; contrarium assimatius, vt præceptum de non atando, præceptum de restituendo rem alicunam; non tamen semper: sicut nec semper ex negatione vnius sequitur, Paries non est albus. Ergo est niger: quia pote este semedio aliquo colore tinctus. Similiter nec sequitur. Tencor ex iustitia, nulli vitam aut boha sua auferre. Ergo tencor ex iustitia omnibus vitam & bona sua costeruare. Nam prohibitio malorum latius patet, quam præceptio bonorum. Quæ doctrina est Soti in 2.de iust. & iure quæst. 3, art. 7.

Circa vltimam notandum est, in ca sub nomine præc pti naturalis comprehendi decalogum: cuius respectu cum deinceps exposituri sumus specialem rationem iudicandi de peceatis, consultum est nonnulla de co præmittere notatu diena

Notanda de D. calogo."

PARS RELIQUA CAPITIS.

Otandum igitur est primo, Decalogum ex numero præceptorum, quibus costat nomen habere: nempe ex decem verbis illis de quibus Exod. 34. vers. 28. dicitur; quod Moyses scripserit in tabulis verba fæderis decem: sumpto nimirum verbi nomine pro sententia, seu dicto sententioso: vt sape sit in sibro Proue: b. vt & in Actis Apostolicis cap. 20. cum D. Paulus ait Meminisse oportes verbi Domini Iesu, Beatius est dare quam accipere.

Censetur autem Decalogus yt ex Concilio Coloniensi habet Nau.in Enchir cap.11.num. ssumma & compendium corum omnium qua Christianus debet agere; sicut symbolum Apostolorum summa est corum omnium qua idem, debet credere: oratio dominica omnium corum qua delet à Deo sperare & petere. Itemque vt id mex codem Concilio tangi in sequenti num. 3. est quasi speculum quod baptizato traditur vt videat quantum per sidem acceptam renouet itam fuam; vel quantum declinauerit à via illa per quam Spiritussan dus in baptismo acceptus, ipsum deducebat: & qua in re cădidam vestem, quam in eodem baptismo induit, maeulauerit: seu quibus peccatis, con raueniendo voluntati Dei, cuius obsequio per baptismi susceptionem mancipatus est, animam suam contaminauerit: aut à quibus peccatorum fordibus, per sacramentum Pœnitentiæ abhiendam perpurgandamq; habeat. In quem vium necessarium esse Devalogum fignificatur per illud ad Romanos septimo, Concupiscentia nesciebam, nisilex diceret Non concupisces:] & illud Deut. 4. Hæcest vestra sapientia & intellectus coram populis ve audientes vniuersi præcepta hæc, dicant. En populus sapiens &intelligens.] Quæ verba aperte etiam oftendunt Decalogum sic continere rudimenta pietatis & iustitia tradita populo Ifraelitico; vtetiam contineant posfectam pietatem & iustiriam; iuxtaillud Ecclesiastis cap.12. Deum time, & man-

dataeius obserua: hoc est omnis homo.

Caue autem inde inferre nihil este ex oblicatione faciendum nist expressum in Decalogo, nam tenemur Deum super omnia diligere, & proximos sicut notipsos: & multa alta facere de quibus nalla est in illo mentio, & ve recte admonet in citato num.1. Nau, sed tantum conclude Decalogum costare ils præceptis ad quæ cætera omnia ad pietatem & usti tan pertinentia reuocentur, tanquam illorum principia aut conclusiones.

Notandum est secundo, in sacris commendari nobis Decalogi non modo cognitione, sed etiam iugem, assiduamq;

considerationem; per illud Deu. 6. Eruntq; verba hæc, qua ego præcipio tibi hodie, in corde tuo; & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere; dormiens atque có urgens] & iliud Psal. 1. Sed in lege Domini voluntas eius & in lege cius meditabitur die ac nocte.] Atq; considerationem; no quidem nudam; sid coniuncta cum observarione ipsius: cum dicitur Psal. 10. Instituta illius in filios filioru bis qui serunt testametum eius: & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea] & Luc. 11. Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt il ud] & sap. 12. Seraus sciens voluntatem domini & non saciens, paigis var, ulabit multis] & ad Rom. 2. Non enim auditores legis iusti i unt apud Deum; sed sacores legis iustis scap. 1. Estote sactores verbi & non auditores legis iusti i unt apud Deum; sed sacores legis iustis scap. 4. Scienti bonum & non faciensi peccatum est illi] & 2. Petri 2. Melius erat illis non cognoscere viam iustitir, quam post agnitionem retrossum couert a sco quod illis traditum est sanction mandato] & 1. Ioann. 2. Qui dicit se nosse se mandata eius non custo dat, mendaxest.]

mandata eius non culted t, mendax est.]

Caterum vt fructuosa sit talis observatio exigitur vt siat ex charitate sinequa nihil ad aternam vitam obtinendam prodesse po est vt manisesti est ex priori ad Cotinch.cap.13. Secundo, vt siat quoad omnia mandata. Nam sicut ille qui vel vni taltum art sidei non credit, sidem non retinet ad salutem necessariam ita quicung; totam legen seruauerit, osfendat autem in vao, sactus est omnium reus, inquit D. sacobis im cap.2. siae Epistola; simbiscans nibil ad aterna salutem prodesse observationem praceptorit, es qui vel vnicum transgeditur obligans ad morta?. Quod & ratio consirurat, quia per talem transgredionem execultur ab ipsa aterna salute, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Tertio, vasiat cum perseuerantia vsq; in sinem, iuxta illud Matth. 10. & 24. Qui perseruerantia vsq; in sinem, iuxta illud Matth. 10. & 24. Qui perseruerantia vsq; in sinem, inc salutus erit.

Motandum est tertio, in Decalogo non dari expresse pracepta de omnibus actibus virturum & vitiorum; sed de iis qui patent, quiq; omnibus, quantum cunque rudibus facile inculcari, & in promptu esse possum. Neq; immerito, cum illius notitia, sicut & Symboli Apostolici, sit ad salutem necessaria: quandoquidem ignorata, seruari nequeant; & ad ea observanda obligemur tum iure natura, quod immutabile est: tum iure diuino postiuo, multo arctiore quam in veterilege: vt patet ex cap.5. D. Matth. vbi Christus Dominus Decalogum renoust: in auctiore arctioreq; forma, quam antea effet; præmissaila duplici sententia. Non veni soluere legé fed adimplere, id est, perficere; Nisi abundancii institia vestra plusquam Seribarum & Pharifaorum; non intrabitis in regnum ccelorum. Vnde sequitur, omnes Christianos qui ad annos discretionis venerint, rationisq; vsum habucrint, seut tenentur observare, ita teneri scire Decalogum, non quidem co ordine, ac verbis quibus in Catechismo proponi solet (pro quo multos authores Thomas Sanchez refertin opere morali lib. 2, cap.3. numer. 16.) sed quoad illius substantiam, est, quoad iussa aut vetita in illo; ità vt interrogati valeant respondere, Deum effe timendum & colendum super omnia: Non esse speierandum. Honorem essedeferendum parentibus & fic dealis

Notandum est quarto, denarij numeri præceptorum Decalogi non posse reddimeliorem rationem, quam diuinam volustatem. Quia tamen ipsa voluntas diuina semper est rationi consemanea : istam vt accommodatam ad captum nostrum adserunt Theologi, sumptam ex eonundem præce-ptoru sine; qui est erudire homines m iustitia, tum erga Deu, tum erga proximum; ve cuique reddamus quod ei debetur. Tria funt autem quæ debemus Deo: primum peculiaris cultus que vili alteri deferre, prohibemur a præcepto: secundu reuerentia b quam 2. præcepto prohibemur nomen iplas in vanum sumere : tertium, famulatus & obsequium, cui certum tempustribucre iubemur 3. præcepto. Proximi ve-ro nostrisunt duplica: alij quidem quibus singulariter debitores fumus, co quod ab eis maxima bona acceperimus: quales sunt parentes, à quibus post Deum, habemus vitam, quæ maximum est bonorum temporalium : vnde illis quarto præcepto iubemur honorem exhibere. Alij vero, quibus etfi bereficia non debeamus, tenemur tamen

Nu. 42

Nu.43.

Nu.41

eis non nocere, quod cætera præcepta iniungunt: quintum quidem, ne eis noceamus in persona propria, vitam auseredo, aut quacunq; ratione corpus mutilando: sextum vero, ne eis noceamus in persona coniuncta; prolis, aut vuoris. Et demum reliqua se eis noceamus in bonis externis: neq; opere, quod septimum cauet: neq; verbo quod octauum prohibet; neq; citam cogitatione, quod nonum & decimum verant: illud quoad personam coniunctam; & hoc quoad cætera bona externs.

Notandum est quinto, triplex discrimen comi in modo quo dece hac pracepta habentur tradita in Decalogo Exod. 20. Primum est, quod primo & tertio addatur ratio, non item cæteris: primo quidem, per illud. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi tede terra Ægypti de domo serui-tutis stertio vero per illud, Sex enim diebus secit Dominus cœlum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt & requieuit die septimo.] Secundam est, quod primo & quarto adiungatur pramij propositio, non item careris. Primo qui dem per illud: Faciens misericordian n millia, his qui dili-gunt me, & custodiust præcepta mea. Quarto, vero per illud: Vt sislong zuus super terra quam Dominus Deus tuus dabit tibi.] Tertium est, quod pamo & secundo subiungatur comminatio poena: non item cateris: Primoquidem, perillud; Visitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quarom generationem iis qui oderant me.] Secundo vero per illud, Nec enim insontem habeleit Dominuseum, qui affumpferit nomen Dei sui frestra. Duorum discriminum rationes qui volet, videre potest apud Sotum in 2. De iust.& iure quæst.3.art.7.

Notandum est postremo: triplicem inter eadem præcepta ordinem cerni in Decalogo. Primus est communis omnium; qui consistit primo, in eo quod cum essent seripta in duabus tabulis ex cap. 31. Exodo in sine, & ex seq. cap. 32. vers. 15. præcepta prioris tabulæ præcedant præcepta posteriogis, duplici de causa; tum quia illa continent dilectionem Dei; & hæc, dilectione proximi: quæ minus digna est: tum quia illa hominem, suus vita milita est super terram seb. 7. ordinant ad Deum, tanquam ad summum suum Principem; & hæc ad homines tanquam commilitones; consentaneumq; est milites prius institui in ordine ad Principem, quam ad se inuicem evt recte argumentatur Sotus in 2. De iust. & iure quæst. 3. art. 6. conclus. I. Consistit secundo in eo, quod cum in vnaquaq; tabula sit tantum vnum præceptum assirmatiuum, ipsum ponatur vlt. loco in 1. tabula; ordine scilicet executionis: in 2. vero tabula primo loco ponatur, ordine ni-

mirum dignitatis & intentionis.

Vbi aduette præcepta affirmativa esse negativis priora dignitate & intentionelegislatoris, ssue in eadem, ssue in diverse materia: quonia illa instituta funt ad imbuendas virtutibus animas nostras: & hæe ad eassem repurgandas à visitis; quorum illud de se perinde habet se ad issud, ac plantatio vineæad euulsionem veprium, à quibus agram repurgari, ipsa requirit. Vnde Ieremiæ quarto dicitur Novate vobisnovale, & nolite serere superspinas & tribulos. Execu-

fione vero, negatiua sunt priora affirmatiuis, cum sicut auulsio veprium ab agro est prior plantatiosse vinez in illo, ita etiam prius sit vitium exuisse, quam virtute indui: quod sate indicari videtur per illud Psalm. 33. Diuerte a malo & fac bonum; & illud ssaiz i. Quiescite agere peruerse, discite be-

Consistit postremo in co, quod præcepta de operibus antecedant præcepta de verbis. & hæc præcepta de cogitationibus. Cuius rei ratio esse potest, quod cæteris paribus grauiora & patentiora sint mala opera, quam verba: & hæc, quam cogitationes: vt occidisse quam minitatum esse mortem, & hocquam cogitasse occidere.

Secundas ordo cuius meminit Sotus in 2. Le iust. & iure quæst. 4. art. 2. ad nest proprius praceptorum prima tabular vt primum sit de non deferendo alteria sam Deo, cultum huic soli debitum: quod ad cordis sidelitatem pertinet. Secundame cro, de non assumendo nomen Dei frustra: quod ad oris veritatem spectat. Tertium demum, de exhibendo illi famulatum & obsequium: quod ad probitatem morum reducitur. Cuius ordinis ratio teddi potest quod grauius peccet qui cultum debitum negat Deo & alteri deferti quam qui se sirre uerenter erga illum gerit: & qui hoc facit, quam qui negligi, e i seruire in sancti, ate & iussitia coram ipso, omnibus diebus suis.

Tertiusordo est, proprius præceptorum secundæ tabulæ, quo illud de honorand s parentibus præpon tur cæteris tanquam dignius ac maioris obligationis: cum et li teneamur nulli nocere non teneamur tamen omnibus benefacere; fed specialiter parentibes, à quibus vitam accepimus. Vnde & de debito cis reddendo datum est præceptum affirmatiuu, cum de reddendo aliis, præcepta omnia data in Decalogo, fint negatiua. Quæ eidem affirmatiua subiunguntur hoc ordine, vi prius ponantur deta de operibus, quam de verbis: & prius data de verbis, quam data de cogitationibus: & inter data de opcribus, illa que maius malum prohibent. Quia igitur maius malum est ladere proximum in persona propria adimendo illi v.tam : quam in persona coniuncta prolis vel vxoris, adimendo illi prolis certitudinem & coniugij fidem : hocque porro maius malum est, quam lædere illum in bonis externis: fit vt quarto præcepto de honorandis parentibus succedat proxime quintum de non occidendo; tum fextum, de non adulterando; tura deinde septimú de non furando. Quibus tanquam datum de verbis, subiun-gicur octauum, de non dicendo fe sum testimonium; & vltimum locum tenelit nonum, de non concupiscenda vxore proximi: & decimum, de non concupiscenda re aliena: quorum illud huic preponitur, eadem ratione qua fextus præponitur septimo : quoniam illis in materia quam prohibent communicant. Hæcque hacteous dicta fint ad intelligendam ratione i iudicandi de peccatis habito respectii ad præceptum in communi. Quæ vero faciunt ad eam intelligen-

Gam habito respectu ad vnumquodque præceptum in particulari, tradenda sunt

deinceps.

LIBER